

opus credat fuisse vocatum proprium Parochum, spem
 aliquam validitatis matrimonii concepti, sed ad om-
 nem dubietatem removendam suppliciter instat decla-
 rari.
 An presatum matrimonium inter ipsam, & Bertam
 contractum fuerit validum?
 Sac. Congr. Concil. rescripsit, Affirmative.
 Si referat laudatus sapientissimus Card. Lambertinus
 tom. 4. no. 151.
 66. Matrimonia à Græcis contra facta post susceptos Or-
 dines Sacros, nulla, & irrita declarantur; Benedictus
 67. XIV. tom. 1. const. incip. Etsi Pastoralis, §. 7. Matrimo-
 nium contrahi nequit à Diacono Orientalis Ecclesie, qui
 ordinatus fuit in statu cœlibi; idem const. 129. incip. Eo
 68. quavis tempore, §. 36. Matrimonium inter contingen-
 tes se quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, Græ-
 cis prohibetur: Idem cit. const. Etsi Pastoralis §. 45.
 69. Matrimonia infantium prohibentur: Idem const. 107.
 70. incip. Omnium sollicitudinem, §. 3. & matrimonia à
 Catholicis cum hæreticis contracta detestantur. Idem
 71. const. 34. incip. Matrimonia §. 3. Matrimonia contrahi
 à fidelibus cum neophytis ad fidem conversis in loco pio
 Catechumenorum Venetiis, absque interpellatione pri-
 oris conjugis in infidelitate relicti, permittit arbitrio
 Nuntii Apostolici Venetiis commorantis: Idem const. 117.
 72. incip. In Suprema: Idque matrimonium per adventum
 prioris conjugis non rescindendum esse decernitur.
 Idem ib.
 73. Matrimonia jungendi non sunt, qui in doctrina christi-
 ana satis instructi non reperiuntur: Idem const. 42. in-
 74. cip. Etsi minime, §. 11. secunde, tertie, & ultiores
 nuptie damari nequeunt. Idem const. 57. incip. Etsi
 Pastoralis §. 11. & const. 129. incip. Eo quavis tem-
 75. pore, §. 20.
 76. Matrimonia celebrandi forma à Concilio Tridentino
 statuta observari jurentur. Idem const. 75. incip. Nimia
 §. 8. Decretum Concilii Tridentini de reformatione ma-
 trimonii Italo-Græcis rite publicari præcipitur: Idem
 const. 57. incip. Etsi Pastoralis §. 8.
 77. Matrimonia inter subditos Principum Catholicorum
 in Provinciis Fœderati Belgii, & vice versa, celebran-
 da sunt juxta probatas in similibus casibus alias editas à
 Sacra Congregatione Concilii resolutiones, ex quibus ubi
 disputatio contingat, decidatur. Idem const. 34. incip.
 78. Matrimonia §. 5. Matrimonia in Hollandia, & Fœderato
 Belgio inter incolas contracta, non servata forma Con-
 cilii Tridentini, valida declarantur. Idem ib. §. 3. & 4.
 Item inter personas addictas præsidii locorum di Barrie-
 ra. Idem ib. §. 4. Et inter incolas civitatis Mosæ Tajec-
 79. tensis. Idem ib.
 80. Matrimonia in Servia, & finitimis regionibus, ad
 præscriptum Concilii Tridentini sunt celebranda, abrogatis
 clandestinis, aut coram solo Judice contractis. Idem
 81. const. 89. incip. Inter omnigenas §. 9. Nec renovari pos-
 sunt coram Caddi, nequidem per Procuratorem, nisi
 ritus hujusmodi renovationes sint mere civiles. Idem
 82. ib. §. 10.
 83. Matrimonia inter fideles Malabares contrahenda sunt
 in congrua ætate, & juxta formam à Concilio Tridentino
 84. præscriptam. Idem const. 107. incip. Omnium sollicitudi-
 num, §. 3. Intellige in locis, in quibus decretum concilii
 fuerit publicatum fuerit, & quod hujusmodi publicatio
 fieri debeat. Idem ib. §. 14.
 85. Matrimonium inter maritum Latinum & Græcam
 mulierem, latine coram Parocho Latino contrahi debet
 inter maritum verò Græcum, & mulierem latinam, pos-
 86. test contrahi, vel Græce coram Parocho Græco duobus,
 vel totibus testibus presentibus, vel Latine coram Lati-
 no, ubicumque maritus Græcus voluerit: Eius autem loci,
 ac ritus Parochus debet assistere, ubi & quo ritu ma-
 trimonium contrahitur. Idem const. 17. incip. Etsi Pas-
 87. toralis, §. 8.
 Matrimonia occulta non nisi gravissima de causa per-
 mitti debent, qua concurrente celebrari nequeunt abs-
 que probatione status liberi. Idem const. 35. incipiente
 Satis vobis: in qua multa statuuntur ad rem. Vide su-
 pra num. 63. ubi summarie affertur ejus dispositio.

Matrimonium subsequens legitimum prolem ante
 88. nitam: non tamen ex adulterio. Idem const. 113. incip. 89
 Reddite, §. 2. Ique non virtute Sacramenti, sed ex
 dispositione legis Ecclesiasticæ. Idem ib. §. 39.
 Matrimonium Jure naturali, divino, & Canonico
 90. indissolubile, non est tamen dirimendum. Idem const. 15.
 incip. Matrimonia, & const. 33. incip. Dei miseratione, 91
 §. 2. Divortia quoad vinculum inter Fideles non admit-
 tuntur. Idem const. 57. incip. Etsi Pastoralis §. 8. Matrimo-
 92. nium non dissolvitur per uxoris fugam, & nuptias ab
 ea cum infidelis contractas. Idem const. 89. incip. Inter
 omnigenas, §. 12.
 Matrimonium causarum judicia coram quibus, &
 93. quo ordine, ac forma peragenda sint, statuit idem Pon-
 tificex const. 33. incip. Dei miseratione: cuius dispositio
 allata fuit summarie num. 62. & ad verb. Defensor. Unica
 94. sententia prolata, nemini licet ad alia vota transire.
 Idem cit. const. Dei miseratione, §. 14. Appellatio à sen-
 95. tentia lata super nullitate matrimonii in quacumque in-
 stantia, semper suspendit executionem. Idem ib. §. 11.
 Appellatio in causis matrimonialibus impeditur nequit
 96. per pacta penalit. Idem const. 85. incip. Niam §. 4. 97
 §. 7. Vide supra ad verb. Appellatio. Sententia super
 nullitate matrimonii nunquam transit in rem judicatum;
 sed ex noviter detectis quodcumque revideri potest.
 Idem const. 33. incip. Dei miseratione, §. 11.
 Ad validitatem contractus matrimonii rationis usus
 98. requiritur de Jure naturali, & divino. Idem tom. 2.
 const. incip. Magna nobis: Potentia actualis ad copu-
 99. lam requiritur de Jure positivo Canonico, super quo
 solus Pontifex dispensare potest. Idem ibidem. Quando 100
 autem malitia supplet ætatem, idque ecclesiastico Judi-
 ci, etiam Ordinario comprobatum est, canones permit-
 tunt matrimonium contrahi. Idem ibidem.
 Dispensatio super ætate cum his, qui copula non-
 101. idonei sunt, sed tamen rationis usum habent, à
 Sede Apostolica privative concedi potest. Quam autem
 malitia supplet ætatem, ex legum, & canonum dispo-
 sitione, licitum est matrimonium contrahere; super hoc
 verò, an malitia supplet ætatem, tam à Judice Ordina-
 rio, quam ab Apostolica Sede pronuntiari potest, &
 consequenter facultas ad contrahendum concedi. Tamen
 pro majori actus solemnitate, & ne de validitate contractus
 matrimonii propter minorem ætatem hæsitari contingat,
 Apostolicæ dispensationis Litteræ imperari solent. Extra-
 ditur formula hujusmodi Litterarum. Sic quoad omnia
 Bened. XIV. tom. 2. const. 51. incip. Magna: Vide su-
 pra ad verb. Etas, & ad verb. Dispensatio.
 Matrimonia Catholicorum cum hæreticis semper à 102
 Sede fuere reprobata: Et recentioribus Pontificis dec-
 103. retis denuo reprobata fuisse demonstratur. Idem ibi. Matrimo-
 nium si quis cum hæretica contraxerit, penitentiam
 agere debet, & curare, ut conjugem à vera fide aberran-
 tem ad gremium Christi reducat. Idem ibi. Pro matrimo-
 104. niis inter hæreticos, aut cum hæreticis contrahendis, dis-
 pensationes à S. Sede non conceduntur, nisi addita con-
 ditione de abjuranda prius hæresi. Et si de hujus condi-
 105. tionis implemento Episcopi & Executoribus non constite-
 rit, dispensationes non sunt exequende. Idem ibi. Matrimo-
 nium cum hæreticis contrahi quibus casibus, qui-
 106. busque de causis permititur ab Apostolica Sede, que le-
 ges, & cautela in licentis, seu dispensationibus appon-
 nantur, vide ad verb. Dispensatio, & ad verb. Hæreticus.
 Matrimonium nulliter contractum definitur in gradi-
 107. bus à Jure prohibitis, super quibus dispensatio concessa
 fuit ab Episcopo, non servatis conditionibus in hujus-
 modi facultatis concessione sibi præscripta. Idem const. 16.
 incip. Ad tuas manus.
 Matrimonium, quod inter duos Judæos erat, dissol-
 108. vitur, si alter ex conjugibus Baptismus suscipiat, al-
 ter verò converti recuset, & cohabitare sine contumelia
 Creatoris. Idem const. 29. incip. Postremo mense §. 18.
 Super quo tamen legitimum interpellationem præcedere
 necesse est. Idem ibi. Sed non permittitur libellum
 109. repudiij judicis ritibus ei dare. Idem const. 38. incip. 110
 Apostolici ministerii. Vide ad verb. Hæbreus. Hujus-
 modi matrimonii solutio tunc effectum habere censetur, quan-

quando neophytus novas contrahit nuptias. Idem const. 28.
 111. incip. Postremo mense §. 58. Et quod hæc opinio com-
 112. munitur nunc sit, & in tribunalibus Urbis recepta.
 113. Idem ibidem. An verò dissolutio sic matrimonio, con-
 juges alter in infidelitate remanens, novas nuptias con-
 trahere possit, in utraque partem probabiliter disputa-
 tur. Idem ibidem. Matrimonij nullitas satis canonizata
 non censetur ad hoc ut partes transire valeant ad alia
 vota nisi diaz saltem sententiæ conformes super ea ema-
 114. naverint. Idem const. incip. Si datam, & t. 1. const. 33.
 incip. Dei miseratione, §. 9. & 14.
 Pro matrimonio, & sepultura educandarum, atten-
 denda sunt sequentia. Sub die 8. Octobris. 1723. à Sacra
 Congreg. Episcop. & Regul. fuit rescriptum: "Eminen-
 tissimo Cardinali Boncompagno Archiepiscopo Bono-
 niensi, ut sequitur. E' stato rappresentato in Sacra
 Congreg. à nome delle Monache de' Monisteri di
 "coستا Città, esser nati in es' gravissimi abusi con-
 "tro la Disciplina Regolare, & quiete de' medesimi a cau-
 "ssa dell' educande fattevi ritenere da' propri Consan-
 "guinei dopo promesse, & destinate in Ispose. Questi
 "Eminentissimi miei Signori, inerendo a' Decreti Ge-
 "nerali, et altri citi proibenti, emanati più volte da
 "detta Sacra Congregazione, & specialmente del 13. Gen-
 "najo 1634. & così anche dei 9. Novembre 1639. e in
 "altri tempi, m' hanno imposto di scribere all' Eminen-
 "za Vostra, che tutte quelle Zittelle, quali avranno
 "contratto gli Sponsali, o fatto promessa di Matrimo-
 "nio, si compiacca d' ordinare, vengano subito, & con
 "effetto fatte uscire da qualunque Monistero, ancorchè
 "essente, & rimandate alle loro Case." Quo exacte, ut
 par est, observato, multa præpeditur pericula, &
 inconvenientia; ac tunc clare patet, proprium parochum
 pro contrahendis matrimoniis, esse parochum earum
 domicili.
 116. At si in aliquo urgente casu non potest tale præscrip-
 tum executioni demandari, matrimonium educandæ con-
 trahendum est coram parochio illius parocchie, in qua si-
 tum est monasterium, si educanda non habeat in alia
 parocchia domicili. Ut si verò in alia parocchia habeat
 117. domiciliu paternum, maternum, aut fraternum, contra-
 hi debet matrimonium coram parochio prædicti domicili,
 factis tamen proclamationibus tam in parocchia domicili,
 quam in alia monasterii; prout recte tradit Card. Lam-
 bert. deinde Summus Pontifex volum. 2. no. 13. 13.
 numer. 16. adducens ad id Doctores, & statutum Cleri
 Romani, cap. 3. de jure eligendi sepulchrum, & statutum
 118. Cleri Romani, cap. 9. in quo loquendo de Seminaristis, &
 convictoribus alicujus collegii præscribitur, quod aliquo
 tempore decedente in seminario, vel collegio, funeralia
 spectant ad parochum domicili, si illud habeat; si au-
 tem illud non habeat, ex quo sit exterus, pertineat ad
 parochum illius parocchie, in qua situm est seminario,
 aut collegium. Et in factis dicto statuto additionibus
 examinatis in particulari Congregatione à Clemente XI.
 119. deputata die 11. Januarii 1702. ab eodem Pontifice
 viva vocis oraculo approbatus decretum fuit, quod statu-
 tum pro seminaristis, & convictoribus, servaretur pro
 educandis, tam pro earum sepulchris, quam pro earum
 matrimoniis, ibi: Non solum in funeralibus, sed etiam in
 contrahendo matrimonio &c. publicationes autem matrimo-
 niales fiant tam in parocchia domicili, quam collegii, mo-
 nasterii, aut conservatorii, in quo commorantur. Quod
 idem servandum esse de famularibus continue in domibus
 dominorum, seu domorum viventibus asserit dict. Card.
 Lambert. ib. n. 17. Cum statutum Cleri Romani loquens
 de funeribus, extensum sit etiam ad matrimonia, & eorum
 enim funeralibus c. 3. §. 21. Sic habet: Familiares & fa-
 miliæ Cardinalium, seu aliorum Principum, ac Prelato-
 rum, necnon aliorum quorumcumque, qui habent domum,
 & familiam in alia parocchia, ad illam pertinere statu-
 mas, licet apud dominos infirmaverint, & occubuerint.
 120. Et sic ubique observari convenit, cum praxis urbis
 præbeat regulam in toto orbe juxta firmata per Rotam
 pari. 19. recent. decis. 460. num. 62. decis. 169. nu-
 mer. 2. & 3. & in Parochialis de Monachor. 2. Julii
 1708. §. Hac quoque, coram Omnia; ibi: "Sola au-

stem Urbis consuetudo, veluti in conspectu ipsius Sedis
 Apostolicæ inducitur haberi solet pro lege in universo
 orbe, & normam Episcopis, aliisque inferioribus Præ-
 latis tribuere debet." Confirmata 16. Novembris ejus-
 dem anni §. Attenta coram Moliner, relata, & sequuta
 ab Ursaya tom. 1. discept. 6. num. 165. & pari. 2. dis-
 cept. 14. num. 33. & tom. 7. part. 1. discept. 10. nu-
 mer. 77. adducens ad id aliam decisionem in Constian-
 tien. Præcedentia 27. Jan. 1713. §. Id ipsum coram An-
 121. saldo, & tom. 9. part. 1. decis. 12. numer. 11. 21. &
 discept. 14. num. 172. ubi cum Barbosa de potest. Epis-
 cop. part. 3. alleg. 76. num. 35. & Cardinale de Luca
 de judic. disc. 37. num. 20. & Rota decis. 469. nu-
 mer. 91. decis. 56. num. 2. & 3. part. 19. recent. dicit,
 Urbis solum magni-faciendum esse in his materiis: Sty-
 lus enim Curie Romanæ attendi debet; Glossa in cap. 121
 Adsumus, de Rescriptis, & cum ipso procedendum esse
 in aliis curiis inferioribus, non autem cum praxi propriæ
 Regionis, tradit Card. de Luca de judic. disc. 4. n. 12.
 & disc. 37. num. 20. cum Stylus Curie Romanæ faciat
 jus, & pro lege habeatur, c. Ex litteris 11. de Constit.
 cap. Quam gravi 6. de crimine falsi, ex quo Ecclesia
 Romana sit ordo, norma, & caput omnium Ecclesia-
 rum c. Omnes, t. c. Sacrosancta 2. dist. 23. cum simi-
 libus.
 Quoad allatam art. 1. num. 62. de Monialibus de-
 122. cisionem Sacra Congreg. Concil. in Ferrerana 21. April.
 1742. advertendum est, quod fuerunt tunc proposita
 tria hæc dubia. I. An Ven. "Monasterio monialium
 "S. Claræ Terra Marcerate Feltria liceat sepelire in
 "ejus ecclesia cadavera puellarum educationis causa
 "ibidem commorantium, & in eodem monasterio dece-
 "dentium? Et quatenus negative? II. An sit restituendum
 "parochio ejusdem terræ cadaver Annæ Bartoli educatio-
 "nis causa in dicto monasterio degentis, ibique defunctæ,
 "et sepultæ, sive saltem faciendi sit declaratio de reti-
 "nenda nomine parochiæ? III. An eidem Parochio resti-
 "tuenda sint tunc cum certa integra emolumenta funeris
 "ejusdem Annæ Bartoli in casu &c.?" Et dicta Sac. Cong-
 123. reg. Concil. 21. April. 1742. respondit; Ad I. Affir-
 mative, constito de electione sepulchre. Ad II. Negati-
 tive. Ad III. debet quartam funeralem tantum, sic-
 jam de simili controversia actum fuerat in Pinnen. sepul-
 chura 6. Julii 1737. (ubi tamen ea concurrebat pecunia-
 124. ris circumstantia, quod puella sepulturam elegerat in
 ecclesia monasterii) & propositis hisce dubiis. I. "An
 "licenter tumulare cadaver Mariæ Nollis in ecclesia Mo-
 "nialium S. Claræ civitatis Pinnæ? Et quatenus negati-
 "ve? II. An sit locus exhumationis, & respective resti-
 "tutioni cadaveris una cum funeris emolumentis favore
 "ecclesiæ collegiatæ S. Joannis Evangelistæ ejusdem ci-
 "vitatatis in casu &c.?" Et Sacra Congreg. Concil. re-
 scripsit. Ad I. Affirmative. Ad II. Provisum in primo, &
 125. amplius. Quæ decisio allegata fuit in dicta Ferrerana.
 Quæ à Parochio adductis novis juribus reposita die 1.
 Sept. 1742. sub dubio, An, & in quibus sit standum, vel
 recedendum à decisis in casu &c. Each. Sac. Cong. Conc.
 in Ferrerana juris sepeliendi die qua supra respondit. Ad I.
 provisio recessa à decis. Affirmative, attentis circumstantiis.
 Ad II. & III. in decisis in omnibus, & amplius. Ubi no-
 tanda est illa particula, & amplius, quæ, ut recte tradit
 præcissimus Card. Lambertin. dein Summus Pontifex
 Benedictus XIV. vol. 3. no. 14. p. 163. significat, quod
 omnes Eminentissimi Cardin. fuerant concordēs, & quod
 eum sit clara materia, seu causa, non est amplius de ea
 agendum.
 Matrimonia filiorum familias, & servorum sine con-
 sensu parentum, ac dominorum, irrita erant per leges civi-
 les, quas quondam ratas habuit Ecclesia. Bened. XIV. de
 synodo diacer. l. 7. c. 37. n. 2. & 3. Eadem postea absolute
 valida voluit esse Ecclesia statuendo, ut deinceps nuptia-
 rum validitas à solo penderet contrahentium consensu, ne-
 quaquam autem à nutu eorum, sub quorum dominio, vel
 potestate contrahentes existunt, ut generatim sanctum
 habemus in c. Cum locum 14. de sponsalibus & matrim.
 in c. Licet 3. & in cap. Tua 4. de sponsa duorum. Matrimo-
 nium vero de servis in c. Dignum. de conjugio servorum.
 Et

Et tandem de Filiisfamilias post alias sanctiones indicatas ab Juena, de matrim. diss. 10. q. 5. c. 3. art. 1. definitiv Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon. ubi anathemate percussit, qui falso affirmant matrimonium a filiisfamilias sine consensu parentum contracta irrita facere posse. Vide supra & verb. Exheredatio. Hinc eorum validitati non obstant quedam alie leges civiles, postea in Gallia, aut alibi late; adeoque dicta validitas est ab Episcopis in suis synodis declaranda. Idem ibid. n. 5.

126 Matrimonium validum est inter vitricum, & uxorem privigni, nec ad illud pertinent impedimenta affinitatis, aut publice honestatis. Idem ibid. cap. 39. per tot. Vide tom. verb. Vitricus, ubi ad id dantur decreta Sacre Congregationis Concilii.

127 Matrimonium contractum inter conjunctos tertio, & quarto gradu duplicibus, obtenta dispensatione super tertio, & quarto simpliciter, est nullum. Benedictus XIV. const. incip. Etsi matrimonialis §. 6. Matrimonium contractum non expeditis literis super gradu proximiorie in dispensatione non expresso, est illicitum, sed tamen validum. Idem ibid. §. 6.

128 Matrimonium contractum a conjunctis in tertio, & quarto consanguinitatis, vel affinitatis gradibus prævia dispensatione super gradu remotiori tantum, omisso proximiori, dummodo hic primum non attingat quocumque modo, est validum, licet illicitum: Quamvis enim Pius IV. pro regula decreverit, quod in dispensationibus matrimonialibus non solum gradus remotioris, sed etiam propinquioris, expressa mentio fieri deberet, ita ut non facta mentione propinquioris, dispensatio nullius esset roboris, & momenti: Tamen S. Pius V. const. incip. Sanctissimus: revocavit quantum ad hoc dictam Regulam, seu constitutionem Pii IV. & innovat Regulam, seu constitutionem Gregorii XI. & Clementis VI. statuendo, quod in dispensationibus gradus remotior attendatur, & traheret secum propinquiorum, & sic quod sufficeret exprimere gradum remotiorem, obtentis tamen postea super gradu propinquiori literis Apostolicis, in quibus declararetur non obstat reticentiam gradus propinquioris. Quamvis verò matrimonium in tali casu sit validum, conjuges tamen separandi sunt, donec dictæ literæ declaratorie obtineantur, cum dictæ novæ literæ declaratorie requirantur ad averendum scandalum, nec videlicet aliqui rudes, & juris ignari sumerent occasionem scandali, videntes non fuisse dispensatum in gradu propinquiori, licet aliunde regula juris sit, quod gradus remotior imbibit, & trahit ad se propinquiores, uti ad rem argumentantur Doctores: Et ita resolvit Sacra Congreg. Concil. anno 1722. in causa Lucoriorum matrimonii: Cum enim post obtentam à Joanne Sapica, & Constantina Radziucilla Apostolicam dispensationem super quarto, quo erant conjuncti, consanguinitatis gradu, compertum fuisset, ipsos non quarto tantum, sed tertio, & quarto gradibus fuisse conjunctos, & nihilominus placuisset Exequutori dispensationem præfatam executioni demandare, orta subinde fuit controversia super matrimonii validitate, eaque ad Sac. Congregationem delata, proposito dubio: An constet de nullitate matrimonii, die 7. Septembris 1720. prodiit responsum dilata, & ad mentem, quæ fuit, ut perquirerentur Regesta Datarie circa Stylum tam antiquum, quam modernum condendi Declaratorias, & Perinde valere. Pervolutis igitur Datarie Regestis, illius Officialis discursu exaratum, quo pluribus innixi rationibus, sed præcipue Datarie, & Cancellarie Stylo, ostendere satagerent, nulla semper & invalida habita fuisse matrimonium contracta inter conjunctos, tertio, & quarto gradibus, prævia dispensatione super quarto gradu tan-

tum, & non obtenta declaratione super non obstantia tertii reticiti. Sed Prosper Lamberinus tunc Sacre Congreg. Secretarius deinde Cardinalis, ac tandem Summus Pontifex sub nomine Benedicti XIV. alterum efformavit doctissimum, & eruditissimum discursum in eorum post solum distributum die 28. Martii 1722. quo respondendo stylo Datarie, exemplis, & rationibus per illius Officialis expositis, matrimonii validitatem strenue propugnavit. Unde proposita iterum eadem causa sub infra scriptis dubiis: I. An constet de nullitate matrimonii, & quatenus affirmative: II. An Princeps Joannes Sapica factus sit inhabilis ad contrahendum matrimonium cum aliis mulieribus in casu? Et dicta Sacra Congr. die 28. Martii 1722. Respondit: Ad primum negative, & Episcopus mandet, quod conjuges continent in separatione donec obtineant literas declaratorias. Ad secundum, provisum in primo, & amplius. Sic in Thesoro Resolutionum Sac. Congr. Conc. dicti anni 1722. Vide in dicta Lucoriorum Nullitatis matrimonii sub die 28. Martii ubi multa ad rem. Et insuper vide doctissimum, & eruditissimum Riganti t. 2. in Reg. XIV. Cancellarie, ubi cum classicis Doctoribus abunde quoad omnia ad rem. Vide verb. Dispensatio matrimonialis. §. 2.

Salutare quidem est decretum, quo fere omnes Episcopi prohibent, ne ante contractum matrimonium Sponsus in una, eademque domo cum sponsa habitet propter periculum evidens, ne inter eosdem sponso copula habeatur ante matrimonii celebrationem. Non tamen id prohiberi potest sub pena stupri, sed tantummodo sub pena arbitrio Ordinarii infligenda, ut respondisse Sacram Congregationem Concilii Episcopi Provincia Mediolanensis refert Benedictus XIV. de Synodo diocesana lib. 12. c. 6. n. 4. ibi: Non posse, sed ambobus graviter arbitrio Ordinarii dumtaxat esse puniendos.

Dubia aliquot circa exterorum matrimonium cum responsonibus Sacre Congregationis.

Ordines ultimo loco ab Urbe emanati circa matrimonium cum exteris contrahenda, inter alia disponunt, quod Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum diocesis existentibus, ut pro matrimoniis cum exteris contrahendis, non faciant publicationes in eorum ecclesiis, nisi cerciorato Ordinario à quo, vel ejus Generali Vicario, prius teneantur fidem authenticam reportare, quod pro tali matrimonio fuerint examinati testes in eorum tribunalibus, qui probant statum liberum contrahere volentium.

Quæritur, an illi ex diocesis circumvicinis, & ipsi teneantur tales probationes facere: An verò sufficiat fides denuntiationum in eorum diocesis factarum cum legalitate Ordinarii, & probatio eorum status post discessum ab ipsa diocesi?

Resp. Hujusmodi habentur pro exteris, & consequenter teneantur probationes facere.

Item an contrahere volentes in confinibus eorum diocesis habitantes, & ob vicinitatem ab eorum Receptoribus cogniti, teneantur easdem facere probationes: An verò sufficiant publicationes ab ipsis auctoribus faciende?

Resp. Etiam isti teneantur facere probationes. An easdem teneantur facere probationes ii, qui ante ætatem nubilem à propria diocesi descendentes, ad aliam se contulerant, & in ea postmodum habitaverunt?

Resp. Non teneantur, quia non fuerunt extra diocesim tempore habili ad contrahendum.

An in civitate, in qua milites Hispani, Teutonici, Alemanni, Galli, & aliarum longin quarum regionum resi-

Prescindendo de valore matrimonii contracti inter personas relatas ab A. pro comperto est habendum, adversus minorem, illud, absque patris assensu contrahentem, esse stabilitas penas, (1) jam alibi, hoc in opere enumeratas.

(2) Quid equidem liberaliter sit indultum circa dispensationem in gradu remotiori, prævia obtenta in proximiori, late est significatum. (2)

(1) Vid. verb. Exheredatio.

(2) Vid. verb. Impedimenta Matrimonii, & seq.

edere solent, idem cum ipsis sit servandum, vel sufficiat probationes in ipsa civitate recipere de eorum statu à testibus ipsarum regionum de negotio edoctis?

Resp. Teneantur facere probationes juxta formam Instructionis, quia isti facilius committunt polygamiam.

135 An facta per Parochum monitione Ordinario contrahere volentis, fides status ejusdem sit ab eodem Parocho, vel à contrahere volente reportanda?

Resp. Teneatur fidem reportare, & Parocho consignare is, qui vult matrimonium contrahere; sed est in libertate Parochi hujusmodi onus in se assumere.

136 An eadem probationes sint servandæ in casu necessitatis, & ab existentibus in articulo mortis, sic contrahere volentibus, intra quem scilicet probabiliter non adsit tempus sufficiens faciendi diligentias: Cum hoc etiam, quod si infirmus forte convalescerit, debeant fieri diligentias, juxta Instructionem, antequam simul conveniant?

Resp. Non sunt servandæ in articulo mortis.

137 An requiratur attestatio proprii Ordinarii pro exteris, qui per decem annos, & ultra domicilium acquisierant in loco, ubi sunt matrimonium contracturi, si eorum status liber probetur per testes fide dignos, tam originis, quam domicilii?

Resp. Requiritur.

138 An requiratur dicta attestatio pro illis exteris, qui unicam, vel plures duxerunt, & è contra, si mortuæ fuerint in loco, ubi iterum matrimonium contrahere desiderant, ac amplius post mortem à dicto loco non discesserunt?

Resp. Requiritur pariter.

Has easdem responsones habet Synodus Bononiensis 1699. typis edita in appendice pag. 230.

139 Et cum dubio ac responsonem parto consonant responsones Sac. Congreg. Concil. datæ dubiis propositis, & ab eadem Sac. Congreg. Inquisitionis remissis. 6. Martii 1694. Quia Capellani exercitus sine Indulto Apostolico hujusmodi matrimonii assistere non possunt. Et quamquam hoc Indultum aliquando Principibus, & Regibus Catholicis concedatur, illud tamen expediri solet cum clausula, quod Capellani exercitus matrimonium faciant, & Sacramenta ministrent, & conferant dumtaxat eo tempore, quo exercitus in actuali expeditione reperitur; secus vero quando milites in stationibus, & præsidii degunt, & ita expediri debere, resolutum fuit à Congreg. deputata Concilii, 29. Septemb. 1690. (verb. Capellanus militum.)

Ita apud Monacell. tom. 3. in appendice ad formularium instructione VI. pag. 220. 221. & 222. impressionis Romæ 1709.

140 Pro examine illorum testium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tam in Curia Eminentiss. D. Cardinalis Urbis Vicarii, quam in aliis Curis ceterorum Ordinariorum, Instructionem luculentissimam habes tom. 4. verb. Instructio pro examine, &c.

Juvat ad rem adnotare sequentia.

141 Si infidelis conjux veniat ad fidem, & alter consentiat habitare cum illo absque injuria Creatoris, quantum in infidelitate perseverare velit, (quod judicandum pertinet ad Episcopum) tunc decrevit Sac. Congregat. non posse conversum ad fidem aliam sibi conjugem adsciscere. At eo ipso quod alter velit in infidelitate perseverare, censent Theologi plures satis esse periculi in neophyto. Verum hujus dubii solutionem recte monet Casbasutius ex moribus regionum, & casuum circumstantiis pendere. De synod. dioc. l. 13. cap. 2. §. 1. nov. edit.

142 Accidit, ut infidelis plures uxores in infidelitate accipiat, tum veniat ad fidem, & fidem pariter una ex his uxoribus recipere sit parata, non tamen illa, quæ prior ducta est; quæ propter distantiam locorum, vel ignorando ubinam sit, requirit judicialiter non possit. Denum post renovatum cum illa, quæ venit ad fidem, matrimonium (quod fieri non potest absque renovatione consensus coram Parocho, & testibus, eo quod prior consensus in infidelitate datus fuerat, propter nullum matrimonium cum altera celebratum,) comparet uxor prior, & probat, se non fuisse præmoniam, vel fuisse

impeditam, ut suam voluntatem manifestaret; nunc vero paratam se dicit ad fidem amplectendam, vel jam fuisse amplexam antequam conjugium neophyti cum neophyta celebraretur. In hoc rerum eventu S. Pius V. concessit Missionariis, ut cum Judæis baptizatis dispensare possent, ad effectum remanendi, tamquam cum uxore legitima, cum ea uxore, quæ fuerit pariter baptizata. Eandem dispensandi facultatem concessit Gregorius XIII. Episcopis, Parochis, & è Societate Jesu Presbyteris ad Sacramentales Confessiones in iis regionibus approbatis, quoad eos, qui ab Anglia, Æthiopia, ac Brasilia, in captivitatem adducti, & in remotas regiones delati fuerant, ut non expectato, nec requisito consensu conjugis in infidelitate ducti, matrimonium inire possint cum quoquoque fidei, etiamsi conjuges infideles declarare possent se juste fuisse impeditos ad manifestandam suam voluntatem, vel etiamsi probarent se fuisse conversos ad fidem tempore secundi matrimonii. Has Constitutiones certe emanare potuisse ab iis Pontificibus fuisse demonstratur; sed ea extendi non posse ad alias regiones, quantumvis similes rationes suppetant, clare constat. Quare si forte casus accidat, petenda est facultas dispensandi à SS. Pontificibus. De synod. dioc. nov. edit. lib. 13. cap. 21. num. 3. & seqq.

Si infidelis unam conjugem infidelem duxerit, ita matrimonium valet, ut si ea vivente alterum superinducat, secundum matrimonium nullum est, cum matrimonium institutum sit, ut unicam habeat, ibid. §. 8.

Si matrimonium ineat inter duos, qui pravum habent errorem substantiæ matrimonii repugnantem, ut inter Græcos, qui censent conjugii vinculum dissolvi per alterutrius conjugis adulterium, prava hæc opinio non officit validitati matrimonii. Ita resolvit Sac. Congregat. Concil. die 15. Januar. 1724. De synod. dioc. lib. 13. cap. 22. §. 4. nov. edit.

Verum si hæc opinio deducatur in pactum tanquam conditio in actu inveniendi matrimonii, tunc matrimonium nullum est, uti semper accidit quum matrimonio est apposita conditio substantiæ matrimonii repugnans, ex decretali Gregorii IX. cap. de Appositis. Ibid. §. 5. Hinc, quem subdo, casus, resolutus est à Sac. Congregatione die 20. Maii an. 1754.

In formula, quam Calvinistæ in conjugis adhibent, minister sponsum interrogat, accipisne illam in uxorem? Respondit illa: accipio. Eadem verba interroganti ministro repetit sponsa. Tum minister ad sponsum: Perssonam, quam manu tenes, amas, & accipis eam in perpetuam uxorem, nec in ulla illius ærumna deseres, quoad usque in sua honestate & puritate permanserit?

Tantumdem dicit sponsa. Porro illud, quoad usque in sua honestate & puritate permanserit, in sensu Calvinistarum denotat virum accipere sponsum in uxorem quoad usque adulterium non contraxerit, eoque commisso, vinculum conjugii solvi. Celebrant igitur hæc conjugia cum conditione apposita perpetuitatis matrimonii, quæ sane perpetuitas essentia conjugii adnexa est, ut ex Concilio Florentino in decreto de unione Armenorum, & instructione Clementis VIII. pro Italo Græcis, confirmata à Benedicto XIV. const. 57. Ball. tom. 1. incip. Etsi pastoralis: constat. Quare optime definitum in Congregatione S. Officii die 20. Maii 1754. conjugium illud nullum extitisse, adeoque integrum fuisse alterutri sponso ad alia vota transire. De synod. dioc. lib. 13. cap. 22. §. 9. Neque obstat judicatum est prius dixisse utrumque sponsum accipio hunc in conjugem, deinde ad novam interrogationem utrumque conditionem subdividisse, quia & prior, & secunda interrogatio unus idemque actus judicatus est.

Ex his etiam resolutus est à Sacra Congregatione casus alter die 8. Julii 1724. Vir & femina conveniunt celebrare matrimonium coram ecclesia, at illud nequaquam consummare deberent, sed post quindecim dies mulier monasterium ingrederetur, & post probationis annum profiteretur, interim vero omni juri renuntiabat, quod in mariti personam ex matrimonio sibi acquirere potuisset, consenseratque, ut si ab his

pacis defecisset, matrimonium nullum irritumque declararetur. Ita conventam inter illos, & pacta hæc scriptis consignata sunt, ac signata testibus ac Parocho, coram quibus in eadem erant nuptiæ. Hoc matrimonium nullum esse declarat Sac. Cong. ex cap. Si conditiones, de cond. apposit. nam abdicatio facta ab utroque de potestate in corpus alterius, aperte contraria est substantiæ matrimonii. Quamvis enim in ipsa matrimonii celebratione actu expressæ non essent pactiones istæ, constabat tamen ex antecedentibus, & sequentibus simul junctis, conjuges ab ipso non recessisse. *Ibid.* §. 1.

147 Num in casu, quo alteruter ex conjugibus ad fidem venerit, relicto altero, qui negat cohabitare sine injuria Creatoris; dein vero & ipse ab fidem conversus sit, atque interim, postquam secundus scilicet ad fidem conversus est, prior conjuges secundas nuptias inivit, in eo casu suadendum sit Pontifici, ut matrimonium in infidelitate consummatum dissolvat in favorem secundi conjugii, ambigui Pontifex & merito, censetur id fieri non deberent nisi ad causam gravissimam. *De synod. dioc. lib. 6. cap. 4.*

148 Catholici qui cum hæretico matrimonium celebrant etiam in locis hæreticorum, gravissime peccant, quia hoc agendo cum illis in divinis communicant, quod nisi forte cum gravissima causa, illicitum est. Si vero postquam sic contraxerint coram Parocho Catholico, possint iterum coram ministro Protestante conjugii ad evitanda gravia damna, quæstio est, ad quam Sac. Congr. respondit Minister hæreticum, si assistit hæc matrimonii, ut minister politicus, tunc à catholicis peccatum non committitur; secus vero si assistat ut minister sacræ adductus; ita censet Pontifex, *loc. cit. cap. 5. §. 4. & 5.*

149 Conjugia hæretici protestantis cum femina hæretica coram Parocho non catholico in Belgio confederato celebrata, valida habenda sunt. Decretum à Pontifice approbatum die 4. Novemb. 1741. Item valet ita, & in his regionibus celebratum, si hæreticus catholicam ducat, quamquam hoc postremum illicitum haberi debeat; *ibid.* Idipsum reperitur in epistola ad Card. Ducem Eboraecen. data die 9. Febr. 1749. §. 17.

150 Nuptiæ inter catholicum & hæreticum conjugem multo rectius non sunt benedicendæ, neque missa in præsentia hæreticæ celebranda, nec tandem connubium inter Ecclesiæ ambitum peragendum, quod & vetitum fuisse à Clemente VIII. circa benedictiones quidam referunt. *De synod. dioc. lib. 6. cap. 5. §. 5.*

151 Impedimentum ex adoptione proveniens ita explicatur à Pontifice in *trad. de synod. dioc. lib. 7. cap. 36.* Connubium iniri non potest inter adoptantem & adoptatum, atque ab isto descendentes; quod impedimenti genus semper durat quoad adoptantem tantum & adoptatum. *Secundo* inter adoptatum & filios naturales adoptantis. Sed impedimentum istud tamen durat, quamdiu perseverat adoptio, seu filii remanent sub patria potestate; nam ea soluta, sive per mortem adoptantis, sive per emancipationem filii sive adoptivi, sive naturalis, cessat impedimentum. *Tertio* inter adoptantem & uxorem adoptati, seu vicissim inter adoptatum & uxorem adoptantis, idque semper durat. An vero hæc impedimenta obtineant, tam in adoptione perfecta, quam imperfecta, his est inter Doctores. Porro adoptio perfecta tunc fit, cum persona extranea sui juris, ex Principis respectu, ita transit in potestatem, & familiam adoptantis, ut perinde ac filius legitimus fiat ejus hæres necessarius tam ab intestato, quam extra. Adoptio imperfecta dicitur, cum persona extranea constituta sub patris, seu avi potestate solius Magistratus, alterusve Judicis competentis auctoritate in filium, aut nepotem adsciscitur; non tamen in familiam & potestatem adoptantis transit, & succedit solum ab intestato. *De Synod. dioc. lib. 7. c. 36. (Vid. lit. C pag. 196. col. 2. in add. hisp. cum lit. I pag. 56. & add. nov. pag. 59.)*

152 Impedimenta matrimonii impedientia ab Episcopo relaxari possunt, si excipias impedimentum ortum ex sponsalibus cum altero prius initis, & illud ex voto perpetuæ castitatis, & ingrediendæ Religionis, nisi fuerint conditionata ortum duxit. Cetera vero matrimonium

irritantia tollere nisi Romanus Pontifex nemo potest; excipitur tamen casus, quem statim subdo.

Si forte accidat, ut matrimonium jam fuerit contractum in facie ecclesiæ cum omnibus solemnitatibus, inquitque fuerit bona fide ignorantia impedimenti juris & facti, & sit consummatum, occultum sit tamen impedimentum, & adiri non possit. Pontifex, seu ab eo dispensatio obtineri ob conjugum pauperiam, rusticitatem, locorum distantiam, &c. nec possit separatim fieri sine scandalo: dum simul omnes illæ circumstantiæ aduerint, tunc ab Episcopo ea dispensatio tuto conceditur, quam potest major Penitentiarius Papæ concedere, in foro tamen conscientie tantum. Quare si impedimentum istud postea detegatur, & deducatur ad forum contentiosum, impetranda est à Summo Pontifice dispensatio. *De synod. dioc. lib. 7. cap. 31. §. 1.*

154 Forte etiam Episcopus dispensare poterit in impedimento dirimente occulto, cum matrimonio proxime contrahendum est, in casu, quo tales urgeant rerum circumstantiæ, ut ne Summus Pontifex consili possit, nec matrimonium differri sine scandalo, aut infamia contrahentium. Tunc censendum est Summum Pontifex tacite delegare Episcopo potestatem dispensandi: *ib. num. 2.*

155 His præcisè rerum circumstantiis, nemini fas est Episcopo dispensare in impedimentis publicis matrimonii dirimentibus. Neque enim verum est, & sanum axioma illud à nonnullis adnotatum: "Quidquid potest Pontifex in universo orbe, si excipias quæ totius ecclesiæ statum respiciunt, veluti fidei articulum definire; potest Episcopus in sua diocesi, Nisi Papa illud sibi reservaverit." Non enim potest inferior legem à Superioris datam relaxare. Sunt qui consuetudinem prætendant; considerent attente, cum res sit de minuendis iuribus Romano Pontifici unice competentibus, num centum ad minus annorum spatium sine ulla interruptione perseveraverint. Considerandum insuper & potissimum, num per eam consuetudinem dirumpatur nervus ecclesiasticæ discipline; tunc enim nunquam contra legem præscribitur; *cap. Cum inter, de consuet. de synod. dioc. lib. 7. cap. 31. (Vid. verb. Consuetudo, & verb. Lex.)*

156 In contractis matrimoniis pro eorum revalidatione non dispensat S. Penitentiarius in gradibus primo & secundo consanguinitatis, vel affinitatis ex copula licita, nisi forte in secundo gradu per decennium duraverit occultum impedimentum, & conjuges ut legitimi reputati fuerint. In reliquis vero dispensat, sicuti in gradibus tertio & quarto publicis revalidat matrimonia ex causa occulta subreptionis, & obreptionis literarum apostolicarum nulliter contracta, nisi falsitas consistat in narratione falsa præcedentis copulæ. *Bull. 95. tom. 1. incip. Pastor bonus, §. 40. Vide. Instit. eccles. 87.*

157 Si in dispensatione à Dataria obta quoad gradus prohibitos retineatur copula ex causa infamæ, tunc Sacra Penitentiaria dispensat in matrimonio contrahendo, & etiam contracto: at cum agitur de primo in secundo gradu exigit compositionem sorducatorum auri decemera, nisi gratia prior fuerit expedita in forma pauperum. *ib.*

158 Si in dispensatione à Dataria petita in impedimentis graduum expressa fuerit copula tacita, tamen mala intentio sit occulta, dispensat Sacra Penitentiaria cum miserabilibus personis absolute, cum reliquis taxa definita. Si vero copula habita fuerit affinitate seu consanguinitate non agita, tunc pro dispensationibus non est necessario exprimenta. *Instit. eccles. 87. §. 23.*

159 In impedimentis occultis affinitatis ex copula illicita absente etiam periculo scandalorum in contracto, & contrahendo matrimonio in foro conscientie dispensat. Dispensat etiam in impedimento criminis tam pro contracto, quam pro contrahendo, ubi nulla adest machinatio. Potest etiam dispensare quando agitur de machinatione ex parte tantum alterutrius; id tamen rarius præstat: *ib. §. 44.*

160 In impedimentis dispensat etiam si fuerint multiplicia, sicut & dispensat in foro conscientie pro legitimatione prolis, nisi illa concepta sit in adulterio. *ib. §. 45.*

161 In dispensationibus pro impedimentis matrimonii super

per gradibus vetitis impetrandis, si taceatur copula antecedens, sicut (si adfuerit) intentio facilis obviandæ dispensationis, rescriptum vitatur, ut *DD. Instit. eccles. 87. §. 13.* in contractis tamen matrimoniis, si hoc vitium occultum perseveret, dispensat Penitentiaria. *ib. §. 14.*

163 Clausula illa in dispensationibus matrimonialibus: *absolutio, & dispensatio in foro judicio nullatenus suffragetur*, eam vim habet, ut si impedimentum ex occulto fiat publicum, potest Ordinarius conjuges separare à toro. Si tamen illi occulte sine scandalo debitum invicem reddant, non peccant ita sentiente Navarro. *ib. §. 50.*

164 Si Ordinarius subodorans impedimentum velit procedere in cognitionem delicti, id potest, immo debet facere, etiamsi reus protestetur de obtenta dispensatione. Si vero certiore de re ab aliquo fide digno, ut à Confessorio, seu Parocho, qui possunt id clam testificari Episcopo, tunc debet Episcopus acquiescere, nec debet ad delictum puniendum procedere, ut ex Clericato, *ibidem* §. 50.

165 Postrema clausula sic enuntiatur: *dicitur muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute* &c. rejicitur sententia opinantium hanc non esse conditionem; sed ut Confessorius instruat quod certior sit contractus, ac veram esse conditionem ex ablativo absoluto, quo enuntiatur, ut est Juristarum sensus, demonstratur. *Instit. eccles. 87. §. 68.*

166 Nec admittitur sententia asserens, quando fieri non possit revelatio impedimenti, sufficere, ut pars illud sciens habeat copulam cum parte ignorante affectu maritali, cum prior consensus partis inscia fuerit nullus, adeoque ex parte illius nullus sit, unde debet innovari. Aliorum sententia pariter rejecta est, eorum nempe, qui suadent, ut sciens impedimentum proponat alteri se adeo illam amare, ut denuo cum illa velit ligari; si alter respondeat affirmativo, consensus censetur innovatus. Hæc tamen opinio rejicitur, eo quod consensus præstitus à parte inscia est consensus junctus cum errore, quare non adimpletur conditio: *dicitur muliere certiorata.*

167 Præfertur ceteris quarta ratio certiore reddendi partem ignarum, & tunc fit, cum parti ignara dicitur in priori matrimonio defuisse consensum validum, adeoque suam Confessoris se proponere, ut iterum innovetur ex parte utriusque. *ib. §. 78.*

168 Sed quid si timor occurrat, ne parte ignara certiorata de nullitate consensus, futurum sit, ut illa renuat novam celebrationem, adeoque sic soluto matrimonio, nata antecederet proles timeatur ne declararetur illegitima? Tunc utique de prole non est cur dubitetur, nam semper habetur ut legitima, cum impedimentum est occultum, & unus saltem ex conjugibus in bona fide versatur. Verum si adhuc perseveret metus scandalorum ex resolutione hujus matrimonii, suadet Pontifex ut per novas literas exponatur Sacra Penitentiariæ casus, vel recurratur ad Episcopum, qui id suadebit, quod erit opportunum, *ib. §. 80.*

169 Matrimonio celebrato non præmissis denuntiationibus, nec obtenta ea de re ab Episcopo facultate, si assistat Parochus, suspensione ad triennium plectendus est ex *cap. Cum inlibito §. final. à qua suspensione toto eo triennio absolvi ab Episcopo nequit, ut ex Sanchez firmatur in trad. de synod. dioc. lib. 7. cap. 69. §. 2.*

170 Diebus, quibus interdicitur matrimonium, non quidem absolute illa vetantur, præcisè consuetudine, sed solemnitas tantummodo, & pompa nuptiarum, ut ex *cap. Capellanus, de fer. monent Theologi, & notatur Instit. eccles. 70. §. 5. (Vid. lit. Q pag. 2. num. 25.)*

171 Nominè vero solemnitates nuptiarum censentur, & quidem potissimum, benedictiones in Missali Romano expressæ. Vetantur vero illæ sub peccato gravi, ut ex Sanchez aliusque notatur, *Instit. eccles. 80. §. 7.* Quare cum temporibus feriatis permittit Episcopus nuptias celebrari, nunquam licet benedictiones illas conferre. *ib. §. 2.*

172 Immo & tota missa pro sponso & sponsa omittenda est, cum benedictiones illæ pars ejusdem habeantur. Tunc igitur celebranda est missa de tempore. *ib. §. 11.*

173 Ideo vero requiritur facultas Episcopi ad celebrandum matrimonia diebus feriatis, (quamquam illa sint de

se licita) quia in synodis ex consuetudine introducta vetita illa habentur; quare requiritur, ut Episcopi facultas intercedat. *ib. §. 4.*

174 Semel tamen inita matrimonia diebus feriatis, consummari possunt, ut ex sensu DD. Theologorum statuitur. *ib. §. 17. & 18.* Quare licita est traditio sponsæ ad domum viri, ut ex Sacra Congregatione firmatur. *ib. §. 21.*

175 *** In Bulgaria provincia mos est, ut patresfamilias aliquando sibi in filios adoptent, absque tamen ulla juris solemnitate, aliquos pueros, vel puellas, Hujusmodi adoptati communiter inter catholicos ibi commemorantes, veluti filii legitimi reputantur, adeo ut in hæreditate etiam succedant. Reverendissimus D. Joannes Roveranus Missionarius Congregationis S. Joannis Baptistæ, tunc Vicarius Apostolicus Sophienensis, nunc Archiepiscopus Marcianopolitanus, & Vicarius Patriarcalis Constantinopolitanus, Sacram Congregationem de Propaganda Fide humiliter supplicavit, ut declararet dignaretur, an talis adoptio impedimentum pareret cognationis legalis. Eadem Sacra Congregatio instantiam remisit ad Sacram Congregationem Sancti Officii. Deinde in Congregatione generali habita coram S. D. N. feria 5. die 16. Aprilis 1761. Sanctissimus auditis votis &c. requæ mature pensata, declaravit præfato in casu nullum extare impedimentum, mandavitque instructionem eformari transmittendam laudato Vicario Apostolico. ***

176 Duo hic præcipue explananda sunt. Præsum agendum de illis, qui concedere possunt licentiam assistendi loco Parochorum matrimonii. Dissendunt posterius de conditionibus, quæ matrimoniis apponi solent.

177 Possunt licentiam assistendi matrimoniis loco Parochorum concedere non solum ipsi Parochi, sed & quicumque veniunt nomine Ordinarii, puta Episcopi, Abates nullius &c. Quinimmo id ipsum permittitur Vicariis Generalibus, tum Capitularibus &c. *Perez de matrim. disp. 4. sect. 1. num. 1. & plur. seq. modo tamen is, cui conceditur hæc licentia, sit Sacerdos.*

178 De Vicecuratis quæritur an & ipsi possint hanc licentiam assistendi matrimoniis concedere? Et posse non solum absentibus, sed etiam presentibus Parochis, propterea quod sunt ipsi ad universitatem causarum destinati, tradit inter alios mox laudatus Auctor *diff. tract. disp. 40. sect. 6. num. 5.* Confer etiam Hurtad. *de matrim. disp. 5. diff. 10. num. 34. & seq.* ubi hanc etiam affert rationem, quod dare licentiam assistendi matrimoniis non sit alegare jurisdictionem.

179 Necessè vero haud est, ut hæc licentia sit specialis, sed concessa intelligitur, si alicui Sacerdoti facta est potestas exercendi in parochia quæcumque ad animarum curam spectant; *Perez de matrim. disp. 4. sect. 1. num. 8.* ubi quid si data alicui sit facultas administrandi omnia sacramenta in parochia; Hurtad. *de matrim. disp. 5. diff. 11. num. 36. & seq.* Utrum hæc licentia debeat esse expressa, an sufficiat tacita, vel præsumpta, & quando, vide apud eosdem ubi supra.

180 Recte auctem Auct. num. 11. tradit matrimonium contractum coram Sacerdote, qui habebat licentiam assistendi ipsi matrimonio, sed eam ignorabat, invalidum esse. Quinimmo procedit etiam licentiam non ab alio, sed ab ipso Sacerdote petita sit. Anequam enim ipse sciat concessam eam sibi esse invalide, matrimonio assistit, ut præter allegatos tradunt Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 29. num. 8.* Coninch. *disp. 27. dub. 3. num. 32.*

181 An matrimonium valide contrahatur coram Sacerdote, cui licentia assistendi ipsi matrimonio aut vi metuque, aut dolo malo concessa est, ut si ementio nomine magnatis petita sit? Valide matrimonium contrahi, si licentia vi, metueque sit concessa, communiter tenent Sanchez *de matrim. lib. 6. disp. 39. num. 13.* aliique reflat à Perez eodem *trad. disp. 41. sect. 6. num. 2.* Ceterum distinguendum videtur licentiam vi concessam inter & licentiam metu concessam. Si licentia vi sit concessa, nulla concurrit concedentis voluntas; *Vis namque absoluta uti in plane in vitium exercetur, ita quoque omnem illius, qui eam patitur, excludit consensum,*

- sum, ut totidem verbis ex text. in cap. Sacris, de iis que
vi metusue causa, ait Voet in comment. ad Pandect. lib. 4.
 185 *tit. 2. num. 1.* Quocirca non est quod valide contrahi di-
 ci queat matrimonium coram Sacerdote hoc, cui licen-
 186 tia vi est concessa. Sin autem licentia sit metu concessa,
 non deest voluntas concedentis, & propterea sus-
 187 tineri potest, valide contrahi matrimonium coram sa-
 cerdote, cui licentia tum humana concessa est. De matrimonio
 vero coram sacerdote, cui dolo malo licentia ipsi ma-
 trimonio assistendi sit concessa, vide Perez de matrim.
 disp. 41. sect. 6. per tot. (verb. Metus.)
- 188 Sacerdos, cui concessa est licentia assistendi matri-
 monio, non secus ac Parochus valide potest assistere non
 solum in parochia, sed & extra eam, immo extra diocesi-
 m; Pontius de matr. lib. 5. cap. 9. num. 29. & 10. Pe-
 rez eod. tract. disp. 4. sect. 3. per tot.
- 189 Quod attinet ad conditiones, quæ matrimoniis ap-
 poni solent, hæc non aliter appositæ censentur, quam si
 coram Parocho & testibus exprimentur. Quocirca etiam
 190 si constet, quod antea contrahentes manifesta verit
 velle contrahere sub hac vel illa conditione, ipsam vero
 non expressissent coram Parocho & testibus, matrimo-
 nium pro puro haberi debet; Rot. inter impressas apud
 Ursayam tom. 2. de miscellan. decis. 37. num. 10. & in
 Posnaniens. seu Varsoviens. matrim. 26. Junii 1747. cor.
 §. 6. Emin. Bursio.
- 191 Apponi vero matrimonio haud potest conditio
 contra substantiam ipsius, & appositæ vitiat ipsum matri-
 monium; D' Avezan. de matrim. cap. 8. per tot.
- 192 Quid juris erit, si conditio impossibilis, vel turpis
 fuerit adjecta? Eam vitari & non vitari matrimonium,
 modo contra substantiam matrimonii non sit, definit
 Gregorius IX. in cap. final. de condit. apposit. D' Ave-
 zan. loc. mox citato; Perez de matrim. disp. 16. sect. 3.
 per tot. Vide & eum sequente sectione hoc ipsum argu-
 mentum exornantem. (tit. 4. part. 4.)
- 193 De conditione: si te virginem reperero: quid dicen-
 dum? Ita Rota de ea sensit in did. Posnaniens. seu Var-
 soviens. matrim. 26. Jun. 1747. §. 8. seq. cor. Emin. Bursio:
 "Plane inquit, in subjecta materia communis
 194 æque, ac recepta apud Doctores invaluit distinctio,
 quod conditio isthæc in ipso actu celebrati matrimo-
 nii adjecta: si te virginem invenero, tum demum sus-
 tineatur, ubi, & quatenus de illius implemento cau-
 195 tum fuerit modo prorsus licito, ut nempe honesta fiat
 virginis exploratio per inspectionem matronarum,
 vel accuratam præmittatur inquisitio vitæ, ac morum
 196 puellæ; eoque casu adeo tenet ejusdem conditionis ad-
 jectio, ut si hæc defecere conperiat, matrimonium
 197 utcumque in faciem ecclesiæ celebratum ob cessantem
 mutuum utriusque contrahentis consensum dissolvi pos-
 198 sit &c. Secus tamen est, vel quoties eadem conditio
 adjiçitur circa explorationem virginis faciendam
 199 per copulam & inspectionem ab ipso conjugè pera-
 gendam, aliosque modos illicitos, & inhonestos, vel
 200 quoties nullo designato modo adjectæ conditionis pu-
 rificationem assequendi, nec non una cum licita puel-
 201 læ inspectione, severa morum inquisitione prætermis-
 202 sa; vir pluries cum uxore concubuit, & matrimonium
 203 consummavit; in his enim terminis nemo dubitat, quin
 204 hujus generis conditio veluti turpis, & illicita pro non
 adjecta reputetur, veitumque sit viro assertum pro-
 205 ponere defectum virginis; adeo ut posthabito dictæ
 206 conditionis impedimento, conjugisque conjunctionibus,
 207 partes Judicis esse debeant in matrimoni dissolutione
 208 firmiter deneganda."
- (Licet remissiones, quarum hic fit mentio, suffice-
 rent, ut præcedentia pene omnia astruantur, & quæ
 postea verb. Sponsalia: includantur, non est tit. 1. p. 4.
 obliuiscendum; pro nunc ejus leges breviter pertingam:
 duodecim complectitur. In præmio cum leg. prima sponsa-
 209 lia quid sint, declaratur; per se à quolibet possunt
 celebrari, sive per Procuratorem: quoniam licita esse spon-
 210 salia, per secundam decernitur; (Vid. lit. A. pag. 136.
 col. 2. in add. nov.) Per tertiam numerantur sponsalia,
 que quavis conjugum videantur; tali sub astimatio-
 211 ne non cadunt, si sub conditione, in alterius arbi-

trio, vel per verba de presenti inter impuberes sep-
 rennio majores detur promissio: Per quartam matrimo-
 nium per consensum contracti visignatur, & per concu-
 bitum proponitur differentia quantum ad dissolutionem
 utriusque & bigamiæ (Vid. verb. Bigamia) conceptum:
 In quinta tria sacramenta matrimonium consummationem
 continere, exponitur: unitatem animæ Deo conjunctæ
 secundæ Personæ SS. Trinitatis cum humana conjun-
 ctionem, ac unitatem Ecclesiæ cum Deo significat: In
 sexta ostenditur ætas, quam habere sponsi debent, &
 quando quatuordecim annorum in masculis, & duode-
 cim in feminis non impleta, subsistat sponsalia: In sep-
 tima à quo sunt sponsi ad eorum implementum compell-
 endi; per Ecclesiam fieri debet: Per octavam causæ no-
 væ recensentur quibus dissolvantur: Per nonam asseri-
 tur, quale subsistat matrimonium, si aliquis cum dua-
 bus, vel duo cum unica, idem celebraverit: Per deci-
 mam quando contrahantur sponsalia, si pater responde-
 rit, in matrimonio filiam suam collocare, designatur:
 Dum pater aliquam ex eis offert, nec acceptanti sibi pla-
 ceat quæ demonstratur, quid observandum per undeci-
 mam comprobatur: Per duodecimam impedimentum ex
 sponsalibus proveniens præfigitur.

Adnotationis remissio, huic verb. subjecta, & inci-
 pit præscindendum: satis quamquam demonstrat quæ, ut
 matrimonia ab omnibus celebrentur, debent præcedere:
 nihilominus aliqui amplius hic notabunt, eo quod,
 dum additiones illuc appositæ fuerit typis demandata,
 nec præ manibus aliquæ determinationes habebantur,
 aut alia in lucem publicam edita. Iterum recognosce
 reg. præmatic. lit. E. pag. 366. insertam: postea reg.
 Sched. 17. Jun. ann. 1704. lit. D. pag. 59. col. 1. nunc
 equidem subnectere est opportunum per reg. Sched. 31.
 August. ejusd. ann. determinationem, ideo causa expeditio-
 nis signatur: Nobilis quidam adolescens, cujusdam col-
 legii alumnus ab eodem paterno consensu sponsaliorum in-
 strumentum in filia favorem certæ personæ, humilis con-
 ditione, in eodem loco, ubi ille, domicilium habentis,
 cum confisset, simul atque ad patris ejusdem aures per-
 venit, supplices libellos ad regiam detulit, ut rescinderet
 omnino dictam conventionem dignaretur: quam ob rem,
 de omnibus regius animus edocuit, certiorque effectus,
 juvenem esse seductum, decessit, cetera præjudicia ut
 sequentibus ætatibus vitarentur, similium alumnorum
 neminem, sub immediata regia protectione viventium,
 posse de cetero matrimonio copulare, seu contrahere,
 neque eidem se obstringere, regia auctoritate nisi interce-
 dente, ut militari servitio dicatis evenit, penas in con-
 traventores directæ, ut indirecte cooperantes in pec-
 tore reservatas, stabiliendo; hæc dispositione regia vo-
 luntas contenta non extitit, eo quia necessarium judica-
 batur, ad alios casus tam salutarem decisionem proten-
 dere quæ successivis temporibus, ac utriusque sexus ju-
 venum distractionibus antidotum præberet, ideo eadem
 determinatione femininarum omnia collegia, regis sub
 auspiciis suscepta, non solum comprehenduntur, verum
 etiam in universitatibus, seminariis, ceterisque edu-
 cationis domibus, publica erectis auctoritate, sive mas-
 culæ fuerint, femineive sexus, existentes: discrimine
 dumtaxat attento quod absque prædicto assensu, aut eor-
 212 um à quibus iste conferendus, nullo in tribunali con-
 tracta horum sponsalia sunt admittenda: in reliquis ve-
 ro venia Principis sit intercedit.

Huc accedit alia 28. Octob. ejusd. an. 1784. expedita
 per quam consentaneum fuit judicatum, facultates dele-
 gare, ut in prædictis universitatibus, seminariis, ac
 educationis domibus consistentes possent matrimonia ce-
 lebrare: idcirco si de seminariis conciliaribus agitur, à
 RR. Archiepiscopis & Episcopis, si de universitatibus à
 Regio Senatorio directioni (Vid. lit. M. pag. 11. col. 1.
 in reg. Sched. 14. Mart. an. 1769.) earum incumbente,
 si de collegiis, aut educationis domibus à Protectore re-
 gio, consiliiæ supremi Castellæ Gubernatore pro tem-
 pore existenti, illo deficiente, ad sponsaliorum contrac-
 tum venia præter paternam venit expenda: his omni-
 bus sunt supplices libelli remittendi: ceterum Rectores
 studii generalis de ea re perfecte & omnino dictum mo-
 213 de-

detatore edocebunt; de collegiis militibus, nobilium
 seminariis, aliorumque utriusque sexus, regii patrona-
 tus, nemini facultas ad similem veniam concedendam
 elargitur: semper regius animus est expectandus.

Regiam schedulam 23. Octob. ann. 1785. hic insere-
 re multum conducit: mente est retinendum quod per
 aliam lit. D. pag. 120. manent positum: in hac equi-
 dem decretum existit, filiasfamilias, nisi parentes, cete-
 rive certiores fuerint effecti, ex eorum domibus extrahi
 non debere nec deponi; aliudve quidquam in effectum per-
 duci, interea quod assensus, aut Judicis determinatio,
 asserens, patrem, reliquosve in non concessione veniæ
 ad contrahendum non bene se gerere, in ecclesiastico
 haud presentetur prætorio; in illa præcedens declaratur,
 eo, quia, cum quædam filiafamilias extra matris suæ do-
 mum esset constituta, ut sponsalia, postquam super non
 convenienti ejusdem dissensu erat provisum, contracta
 ad matrimonium reduceretur de modo procedendi ante
 regiam personam mater querellam suam interposuit:
 fuit, omnibus rite perpenis, determinatum deposita
 propter libertatis defectum, seu ad eamdem inquirendam
 à Judice à quo, recursus qualitate inspecta & considera-
 ta, cognosci debet, esse expedienda: quare, si judi-
 cium super justitia, aut injustitia dissensus fuerit incep-
 tum, Judex secularis, ut filiafamilias in depositum per-
 maneat, providebit: de sponsalibus, eorumque adim-
 plemento vero cum causa ortum duxerit, sive cognitio-
 nem acceperit, Judex ecclesiasticus, lite à seculari su-
 per dissensu terminata, depositum decernet, eam instruet,
 & brachii secularis in eorum executionem (Vid. add.
 his. verb. Forum, vers. Quidquid sit: in fm.) auxilio
 implorato, usque ad diffinitivam in ea procedet.)

MATUTINUM.

SUMMARIUM.

- 1 **M**atutinum in Cathedrali debet recitari de mane, non autem Vespere pro sequenti die.
- 2 In aurora, vel circiter.
- 3 Nisi dispensetur, ut dicatur, Vespere pro aliqua necessitate.
- 4 Vel tempore hyemis.
- 5 Vel propter aeris intemperiem.
- 6 Episcopus enim potest concedere, ut Canonici ob aeris intemperiem valeant horam matutini protrahere.
- 7 Tolerandum est quod Canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Matutinum in Sacristia.
- 8 Canonici absentes à matutino non lucrantur correspondentes distributiones per interessentiam contioni in habitu canonicali, quamvis quoad hoc inoleverit consuetudo.
- 9 Matutinum recitandum est nocturno tempore, si adsit consuetudo; secus vero & alii legitime impediti si interesse non possunt, lucrantur distributiones quotidianas.
- 10 Matutinum, quod secundum regulam Ordinis recitari debet media nocte, conceditur ut possit ex causa recitari hora advena noctis.
- 11 Matutinum, quod recitabatur media nocte, conceditur Monialibus S. Catharinae Senensis, ut possit recitari hora prima noctis ob aeris intemperiem, & adversam valitudinem Monialium.
- 12 Matutinum, quod media nocte à Clero cathedralis ecclesiæ recitari consueverat, ut in futurum albescente die cantari possit, ex causis narratis fuit concessum.
- 13 Matutinum quod recitari solebat à Canonici una hora post ortum solis, non est ante ortum solis inchoandum.
- 14 Matutinum defunctorum, non vespere pridie, sed ipsamet die commemorationis omnium fidelium Defunctorum post laudes recitari debet: Vide tamen novissimum decretum.

- 15 Matutinum potest etiam sine causa dividi tota nocte à Laudibus.
- 16 Immo multi dicunt id esse etiam laudabile.
- 17 Quando matutinum dividitur à laudibus, debet in fine addi Pater noster, & probabilius etiam addi debet oratio diei sine tamen aliis commemorationibus.
- 18 Probabilius est etiam, quod initio laudum diversarum non debeat dici Pater, & Ave.
- 19 Matutinum & laudes non recitare ante celebrationem missæ, multi tenent esse peccatum mortale.
- 20 Plurimi autem communius, & verius id negant.
- 21 Immo multi volunt, nedum non esse peccatum mortale, sed nequidem esse veniale, quando adest causa rationalis.
- 22 Quinimo aliqui dicunt per se loquendo nullum esse peccatum.
- 23 Probabilius tamen est per se loquendo, & sine rationabili causa esse peccatum veniale.
- 24 Matutinum sequentis diei, si absque causa dicatur ante absolutum officium diei presentis, peccatur venialiter.
- 25 Si autem fiat ex causa, nullo modo peccatur.
- 26 Per unicam recitationem matutini, & laudum non potest satisfieri obligationi pro die presentis, & sequenti.
- 27 Quæ hora pridie inchoari possit matutinum remissive.
- 28 Qui recitat matutinum pro feria secunda sequenti ante solis occasum diei Dominice, non debet gemistellæ ad Antiphonam finalem B. M. V. debet tamen gemistellæ, si illud recitet post solis occasum.
- 29 Alia ad rem scitu digna exhibentur, ad num. 33.
- 34 Afferret prodigiosus eventus in Matutino à nostro B. Joann. Parmensi una cum demonibus persoluto.
- 35 Alia ad rem, remissive.
- 36 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad num. 38.

MATUTINUM in cathedrali debet recitari de mane, non autem vespere pro sequenti die. Sac. Congreg. Episcop. & Reg. in Vercellensi 25. Novemb. 1578. & in Aretina 18. Octobr. 1595. apud Nicol. in floscul. verb. Matutinum num. 1. in aurora, vel circiter. Ead. Sac. Congreg. in Cænat. 3. Dec. 1602.

Nisi dispensetur, ut dicatur vespere pro aliqua necessitate. Ead. Sac. Congreg. in Dertonen. 16. 4. Octob. 1605. Vel tempore hyemis. Ead. Sac. Congreg. in Salernitana 30. Septembr. 1616. Vel propter aeris intemperiem. Ead. Sac. Congreg. in Ferrariens. 4. Aprilis 1628. Episcopus enim potest concedere, ut Canonici ob aeris intemperiem valeant horam matutini protrahere, prout pro tolerantia respondit Sac. Congreg. in Trojana 14. Febr. & 14. Nov. 1699. favore Capituli Civitatis Foggia.

Tolerandum est, quod Canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus matutinum in Sacristia. Sac. Congreg. Episc. & Reg. in una S. Severini 13. Septembr. 1641. apud Nicol. in flosculis, verb. Officium num. 19.

Si in ecclesia cathedrali inoleverit ab immemorabili tempore, ut Canonici, quibus diebus habetur concilio in ipsa ecclesia, audiendo contionem in habitu canonicali, lucrantur distributiones, quæ dantur matutino interessentibus, licet recitationi dicte horæ matutinae non interfuerint, hujusmodi consuetudo non excusat Canonicos in conscientia ab onere restituendi. Sac. Congreg. Concilii in Vicentina ad cap. 12. sess. 14. de reform. die 7. Febr. 1643.

Matutinum, seu matutinae horæ recitandæ sunt nocturno tempore, si adsit consuetudo; secus vero, & alii legitime impediti, si interesse non possunt, lucrantur distributiones quotidianas. Sac. Congreg. Rit. in Mazarien. 20. Decembr. 1601.

Matutinum, quod secundum regulam Ordinis recitari debet media nocte, ut ex causa recitari possit ho-